



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

De reparatione injuriæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

**S**ecul. XVI. **r**alia in utraque lege per Evangelium a Chri-  
A.C. 1527. **s**lo confirmata. Quarta itidem ut erro-  
ne rejecitur, *cum deroget honori Dei, cu-*  
*jus au&toritas interponitur per juramen-*  
*tum, ratione cuius novum vinculum obliga-*  
*torium inducitur. Ultima denique falsa*  
*est universaliter intellecta, & ad errorem*  
*Wiclefi accedit.*

### De reparatione injuriæ.

**A**fferit Erasmus: *Nisi Christus humanum*  
*affectionem, quo ipsum Apostoli diligebant*  
*evidenter castigasset, existimassemus nobis li-*  
*cere adversus violentiam armis nos defende-*  
*re, ac vim vi repellere. Nunc autem cum*  
*Petrus reprehensus sit, quod aduersus impios*  
*& sceleratos pro innocentissimo Viro strin-*  
*xerit ferrum, quæ poterit esse posthac cau-*  
*sa, ut homo Christianus injuriam repellat?*

Hæc propositio sequenti notatur cen-  
sura: *Quamquam inter Christianos, quan-*  
*tum fieri potest, fugienda sint bella, & lites,*  
*hæc tamen propositio, ut jacet, innuens nun-*  
*quam licitum esse bellum adversus impiorum*  
*violentiam, quasi nunquam juris ordine ser-*  
*vato se defendendo justa subdit belli causa,*  
*enervat omnem politiam & a lege naturali*  
*& divina discrepat. Alioqui non commemo-*  
*rarentur in libris numerorum, Josue, Ju-*  
*dicum, Regum, & Machabœorum multa*  
*bella, quæ ex divina Ordinatione gesta sunt.*

Scri-

Scriptis præterea per Apostolos & alios san- Sæcul XVI.  
 eos Viros hæc propositio obviat, atque hæ- A. C. 1527.  
 resi consentanea est Pauperum de Lugduno  
 ac Lutheri; neque Scriptorem excusat, quod  
 adjicit: Quæ poterit esse posthac caufsa,  
 ut homo Christianus injuriam repellat?  
 Cum in præcedenti parte clare tradat simili-  
 citer, non licere nos armis defendere, aut  
 vim vi propulsare; unde manifeste colligitur  
 sensus Autoris. Neque etiam ea ratione Pe-  
 trum Christus reprehendit, quasi nunquam  
 liceat vim vi, servato moderamine in culpa-  
 ta tutelæ, rejicere, sed quod ipsum defendere  
 niteretur, perinde ac si aliquo Christus  
 indigeret humano subsidio, nec mortem jux-  
 ta Patris decretum absque contrapugnatione  
 acceptaret voluntarie.

### De Matrimonio.

Quatuor propositiones de Matrimonio  
 perstringuntur. Harum prima est:

Quæ alteri Viro sui fecit copiam  
 jam uxor esse desit, & Matrimonii jus ade-  
 mit sibi, divisa carne, quam Deus unam &  
 indivisam esse voluit.

II. Inter Evangelicos una duntaxat  
 caufsa dirimit Conjugium, hoc est, violata  
 Conjugii fides.

III. Uxor, quæ sui corporis copiam fe-  
 cit alteri, jam, etiamsi non repudietur, de-  
 sit esse uxor; & Maritus, qui sui corporis

U 5 copiam